10

NEL SOLENNE INGRESSO

DI MONSIGNORE

GIOVANNI ANTONIO FARINA

ALLA CHIESA VESCOVILE

DI TREVISO

VICENZA
DALLA TIPOGRAFIA PICUTTI
MDCCCLI.

Digitized by Google

246

Digitized by Google

Monsignore Ill.mo e Rev.mo

Se a tenere congiunti gli animi, non vicinanza di sito, ma si richiede perseveranza di affetto, nella esaltazione di V.a S.a R.ma che noi divide dalla egregia persona vostra, ci resta il conforto che il nostro cuore rimarrà invariabilmente legato al vostro per quella rispettosissima riverenza che noi abbiamo professato per tutto il tempo che dirigeste con paterna saggezza il regio istituto scolastico delle fanciulle di questa Città.

Ci conceda pertanto V.a S.a R.ma che ne rendiamo palese testimonianza, publicando il saggio di una corrispondenza epistolare che univa nel secolo XV. due letterati di Vicenza e Trevigio; la quale offerta osiamo sperare non vi deva essere disgradita,

Digitized by Google

perchè colla memoria di noi gioverà a significarvi a buon augurio l'antico accordo di due città a voi care.

Si degni V.ª S.ª R.ma conservare a questo scolastico stabilimento l'usato paterno affetto, al quale or ci raccomandiamo nell'atto di baciarvi con ~~paterno~~ filiale rispetto la mano.

Vicenza 15 Febbrajo 1851

IL DIRETTORE IL CATECHISTA E LE MAESTRE

Digitized by Google

BARTHOLOMÆI PAIELI

VICETINI

ET HIERONYMI BONONIÆ

TARVISINI

EPISTOLÆ

EX CODICE BIBLIOTHECAE BERTOLIANAE

Digitized by Google

Digitized by Google

BARTHOLOMAEUS PAIELUS

EQUES

HIERONYMO BONONIO

TARVISINO

AMICO CARISSIMO

Te quidem antea, mi Hieronyme, similitudine quadam studiorum compulsus non diligebam solum, verum etiam faciebam plurimi, quod audiveram te in poeticis non mediocriter esse versatum, quod acceperam anteaquam vel videres me, vel officio aliquo devincires; benivolentia prosequi quod scripta tua aliquando legissem comparanda prorsus cum his, qui nil nisi excultum, et elaboratum nobis reliquerunt. Hoc vero tempore non possum non te totum benivolentia complecti. Accepi namque ex litteris amicorum, quanto studio, cura, et opera negotia nostra istic curaveris, ut ego ipse si adfuissem, non fuerim idem consecutus. Reliquum est, ut amicitiam nostram, quam tu magnis officiis jam tum coluisti, vehementius confirmemus, ut commoditate litterarum utentes, eadem fere etiam absentes, quæ, si coram essemus, consequamur. Paulo enim minorem fructum in scribendis litteris capiemus, quam si mutua consuetudine frueremur. Hoc polliceor tibi, me non minori studio, ac diligentia pro te elaboraturum, quam tu

Digitized by Google

in re mea effecisti, si quid erit, quod te absente, velis nos curare. De benivolentia vero erga te mea, illud ausim recipere, te Vicetinorum qui te tanto amore prosequatur, habere neminem.

Digitized by Google

HIERONYMUS BONONIUS

TARVISINUS

BARTHOLOMÆO PAIELO

EQUITI VICENTINO

SALUTEM DICIT

Scriptorum tuorum lectio, clarissime Pajele, me summopere delectavit. Sunt enim in omni genere non tam versu, quam soluta oratione elegantissima, atque eam ingenii vim præseferentia, quasi voluerit ostendere natura, quid posset ad formandum aliquem, in quo dicendi facultas multis retro sæculis in singulos dispartita, nunc mira felicitate conjuncta, rem litterariam, dicendi artem, atque doctrinas illustraret. Quis enim, Dii boni, unquam antea, et versu, et prosa pariter scripsit ornate? quam pauca inveniuntur antiquorum scripta in utroque genere? leguntur enim quotidie divini Maronis, et celeberrimorum, qui eum secuti sunt, poetarum sola poemata; gratæ sunt M. Tullii Ciceronis, aliorumque oratorum solæ solutæ orationes, ut qui altero excelluerit, altero genere nihil, parumque profecerit, atque invita Minerva laborasse videatur. Tu vero non tam versu promptus, quam soluta oratione, ac neque in uno quidem sed omni carminis genere. In elegiaco facillimus, in heroico grandiloquus atque sublimis, in lyrico tersus, elegans, expolitus, ubique vero seu metrica necessitate constrictus, sive liber, ornatus, concinnus, copiosus,

Digitized by Google

expeditus, et clarus, eruditionem multisciam præseferens, adductis commodissime in exemplum reconditissimis fabulis, atque historiis romanis, externisque ex plenissimo clarissimorum in utraque lingua auctorum promptuario. Cosmographiæ quin etiam peritissimus es. Describis obiter provincias, regiones, oppida, montes, flumina, maria, sinus, portus, et si qua usquam occurrunt memoratu digna, tam apte imitaris antiquos; ut quæ ab aliis jam dicta sunt, tua tamen protinus, atque ex te nata videantur; malos præterea mores insectaris; bonos probas. Et cessas tandiu, Pajele, opera hæc tua edere? Quam vereor, ne hæc tua modestia modum excedat, in omnibus tuis alioquin actionibus exactissima. Age tandem hortatu meo, exploratis jam plurimorum amicorum indiciis; permitte vela mentis, et laborum tuorum incipe fructum capere, uniusque perfrui posteritatis imagine. Non enim tam nostra hac ætate apud doctos meritam laudem promerebere, quæ apud posteros æternæ, atque immortalis gloriæ monumentum. Vale.

45743

Digitized by Google